



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum fortitudo sit virtus specialis? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

*Utrum fortitudo sit virtus specialis?*

618

**A**D secundum sic proceditur. Videatur, quòd fortitudo nõ sit specialis virtus. Dicitur enim Sap. 8. quòd sapientia sobrietatem & prudentiam docet, iustitiam & virtutem: & ponitur ibi virtus pro fortitudine. Cùm ergo nomen virtutis sit commune omnibus virtutibus, videtur quòd fortitudo sit generalis virtus.

1.2.9.61.  
2.3. et 4.  
Et 3. dif.  
33.9.1.4.  
1.9.3. co.  
et ad 2.

¶ 2 Præterea, Ambros. \* dicit in primo de Offic. Non mediocris animi est fortitudo, quæ sola defendit ornamenta virtutum omnium, & iudicia custodit, & quæ inexpugnabili prælio aduersus omnia vitia decertat: inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates, dura aduersus illecebras: auaritiã fugat, tanquam labem quandam, quæ virtutem effœmineat. & idem postea subdit de alijs vitijs. Hoc autem non potest conuenire alicui speciali virtuti. Ergo fortitudo non est specialis virtus.

l. 1. c. 39.  
in pr. t. 1

¶ 3 Præterea, Nomen fortitudinis à firmitate sumptum esse videtur. Sed firmiter se habere, pertinet ad omnem virtutem, vt dicitur \* in 2. Ethic. Ergo fortitudo est virtus generalis.

lib. 2. c. 4.  
to. 5.

SED contra est, quòd 22. Moral. † Greg. connumerat eam alijs virtutibus.

l. 22. Mo.  
c. 1. a. m. e.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum \* est, Nomen fortitudinis dupliciter accipi potest. Vno modo, secundum quod absolutè importat quandam animi firmitatem: & secundum hoc est generalis virtus, vel potius conditio cuiuslibet virtutis: quia sicut Philosophus dicit in \* 2. Ethic. ad virtutem requiritur firmiter & immobiliter operari. Alio modo potest accipi fortitudo, secundum quod importat firmitatem animi in sustinendis & repellendis his in quibus maximè difficile est firmitatem habere, scilicet in aliquibus periculis grauibus. Vnde Tullius \* dicit in sua Rhetorica, quòd fortitudo est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Et sic

1.2.9.61.  
2.3. et 4.  
Et 9. 65.  
ar. 1.  
l. 2. c. 4.

l. 2. de In  
ueni fol.  
3. ante p.  
lib.



fortitudo ponitur specialis virtus, utpotè materiam determinatam habens.

Ad primum ergo dicendum, quòd secundum Philosophum \* in 1. de Cælo, nomen virtutis refertur ad vitium potentie. Dicitur autem vno modo potentia naturalis, secundum quam aliquis potest resistere corruptentibus. Alio modo secundum quòd est principium agendi, ut patet in \* 5. Metaph. Et ideo quia

hæc acceptio est communior, nomen virtutis secundum quòd importat vltimum talis potentie, est commune. Nam virtus communiter sumpta nihil aliud est quàm habitus quo quis potest bene operari. Secundum autem quòd importat vltimum potentie primo modo dictæ, qui quidè est modus magis specialis, attribuitur speciali virtuti, scilicet fortitudini: ad quã pertinet firmiter contra quæcumque impugnantia stare.

Ad secundum dicendum, quòd Ambrosius accipit fortitudinem largè, secundum quòd importat animi firmitatem respectu quoruncumque impugnantium. Et tamen etiam secundum quòd est specialis virtus habens determinatam materiam, coadiuvat ad resistendum impugnationibus omnium vitiõrum. Qui enim potest firmiter stare in his quæ sunt difficilissima ad sustinendum, consequens est quòd sit idoneus ad resistendum alijs, quæ sunt minus difficilia.

Ad tertium dicendum, quòd obiectio illa procedit de fortitudine primo modo dicta.

## ARTIC. III.

*Utrum fortitudo sit circa timores & audacias?*

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quòd fortitudo non sit circa timores & audacias. Dicit enim \* Greg. 7. Moral. Iustorum fortitudo est carnem vincere, proprijs voluptatibus contraire, delectationem presentis vite extinguere. Ergo fortitudo magis videtur esse circa delectationes, quàm circa timores & audacias.

¶ 2. Præterea, Tullius dicit in sua Rethor. quòd ad fortitudinem pertinet susceptio periculorũ, & per-  
pellio

619  
inf ar. 6.  
cor. et q.  
126. a. 2.  
cor. & q.  
157. a. 1.  
co. & q.  
141. a. 1.  
cor et ad  
2. Et 1. q.  
21. a. 1. ad  
2 et q 95  
a 3. ad 2  
Et 3. d. 33  
art. 2. Et  
vi q 1. a.  
4. 10 si &  
a. 5. co.  
\* l. 7. c. 9.  
in prin  
† li 2. de  
inu. in f.  
3. ante fi.  
lib.